

Kreis  
Steinfurt

S 185

1266 Dezember 20.

[60  
415

Hermann von Saasveld verkauft der Kommende Steinfurt das Erbe Werenbolds in der Bschft. Beekum, Kspfl. Delden, Overijssel.

Hermannus de Saterslo universis presens [scriptum] inspecturis salutem in vero salutari. Quoniam mortalium gesta, quamquam etiam fuerint utilia, citius a memoria elabuntur, necessarium est ea auctorabilis scripti testimonio posteriorum (?) declarare. Nos igitur tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod viris religiosis fratribus in Stenvordia domum Werenboldi in Bechem cum ipso et uxore sua et pueris universis pro C et lx libris vendidimus et in manus fratrum videlicet commendatoris Bernardi et Luberti sacerdotis in Oldensele coram iudicio ego et duo filii mei Hermannus et Alardus resignavimus astantibus probis viris Symone de Teylegen et Rodolpho Bussen militibus; Wicboldo de Dedechem, Al. de Aglo famulis; parvo villico Alardo, Hermanno de Lotthere. Postea vero ad commodum uxoris nostre idem Lubertus ad domum nostram Laghe transiit. Ibi uxor mea cum ceteris pueris Jacobo et Brunone coram fratre nostro Rodolpho, Hermanno Moyleke, Alardo de Vlederinghen, Alardo et Marquardo civibus de Oldensele resignavit et unanimiter promisimus, cum curta (!) in Walde eam, quantocius poterimus, ab ecclesia Monasteriensi libertare. Ad sufficientem cautelam nobis infra becarium in vigilia Martini persolvent. Datum anno Domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>lx<sup>o</sup>vi, in vigilia Thome.

Kopie im Kopiar B fol. 90\* und A fol. 38\*; danach gedruckt Darpe, S. 15.